

INTROIT Ps. 36: 39

Salus autem justórum a Dómino: et protéctor eórum est in témpore tribulatiónis. Ps. 36: 1 Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Salus autem justórum a Dómino: et protéctor eórum est in témpore tribulatiónis.

COLLECT

Sanctórum Martyrum tuórum Tiburtii et Susánnæ nos, Dómine, fóveant continuáta præsiðia: quia non désinis propítius intuéri; quos tálibus auxiliis concésseris adjuvári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE HebR. 11: 33-39

Fratres: Sancti per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiónes, obturavérunt ora leónum, exstinxérunt ímpetum ignis, effugerunt áciem gládii, convaluérunt de infirmitáte, fortes facti sunt in bello, castra vertérunt extérorum: accepérunt mulíeres de resurrectiône mórtuos suos: álii autem distéti sunt, non suscipiétes redemptiõnem, ut meliõrem invenírent resurrectiõnem: álii vero ludíbria et vébera expéti, insuper et víncula et cárceres: lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisiõne gládii mórtui sunt: circuiérunt in melótis, in péllibus caprinis, egéntes, angustiáti, afflícti: quibus dignus non erat mundus: in solitudínibus errantes, in móntibus et spelúncis et in cavérnis terræ. Et hi omnes testimónio fidei probáti, invénti sunt in Christo Jesu, Dómino nostro.

GRADUAL Ps. 33: 18-19

Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivit eos: et ex ómnibus tribulatiõnibus eórum liberávit eos. V. Juxta est Dóminus qui tribuláto sunt corde: et húmiles spírítu salvábit.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V. Te Mártyrum candidátus laudat exércitus, Dómine. Allelúja.

GOSPEL Luke 12: 1-8

In illo témpore: Dixit Jesus discíplulis suis: Atténdite a ferméto pharisæórum, quod est hypócrisis. Nihil autem opértum est, quod non revelétur: neque absconditum, quod non sciátur. Quóniam, quæ in ténebris dixístis, in lúmine dicéntur: et quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicábitur in tectis. Dico autem vobis amícis meis: Ne terreámini ab his, qui occídunt corpus, et post hæc non habent ámplius quid fáciant. Osténdam autem vobis, quem timeátis: timéte eum, qui, postquam occídant, habet potestátem míttre in gehénnam. Ita dico vobis: hunc timéte. Nonne quinque pásseres véneunt dipóndio, et unus ex illis non est in oblivióne coram Deo? Sed et capílli cápitis vestri omnes numerári sunt. Nolíte ergo timére: multis passéribus pluris estis vos. Dico autem vobis: Omnis, quicumque conféssus fuerit me coram homínibus, et Fílius hóminis confitétur illum coram Ángelis Dei.

OFFERTORY Sap. 3: 1-3

Justórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum malítiae: visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace, allelúja.

SECRET

Adéstó, Dómine, précibus pópuli tui, adéstó munéribus: ut, quæ sacris sunt obláta mystériis, tuórum tibi pláceant intercessiõne Sanctórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matt. 10: 27

Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine, dicit Dóminus: et quod in aure audítis, prædicáte super tecta.

POSTCOMMUNION

Súmpsimus, Dómine, pignus redemptiõnis ætérnæ: quod sit nobis, quæsumus, interveniéntibus sanctis Martýribus tuis, vitæ præséntis auxiliium páriter et futúre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The salvation of the just is from the Lord: and He is their protector in the time of trouble. (Ps. 36: 1) Be not emulous of evil-doers: nor envy them that work iniquity. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The salvation of the just is from the Lord: and He is their protector in the time of trouble.

May the constant protection of Thy holy martyrs, Tiburtius and Susanna, support us, O Lord, for Thou dost never cease mercifully to regard those to whom Thou hast granted such assistance. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, The Saints by faith conquered kingdoms, wrought justice, obtained promises, stopped the mouths of lions, quenched the violence of fire, escaped the edge of the sword, recovered strength from weakness, became valiant in battle, put to flight the armies of foreigners. Women received their dead raised to life again. But others were racked, not accepting deliverance, that they might find a better resurrection. And others had trial of mockeries and stripes, moreover also of bands and prisons. They were stoned, they were cut asunder, they were tempted, they were put to death by the sword, they wandered about in sheepskins, in goatskins, being in want, distressed, afflicted, of whom the world was not worthy; wandering in deserts, in mountains, and in dens, and in caves of the earth. And all these were found approved by the testimony of faith, in Christ Jesus our Lord.

The just cried, and the Lord heard them, and delivered them out of all their troubles. The Lord is nigh unto them that are of a contrite heart; and He will save the humble of spirit.

Alleluia, alleluia. The white-robed army of martyrs praiseth Thee, O Lord. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples, Beware ye of the leaven of the Pharisees, which is hypocrisy. There is nothing covered that shall not be revealed: nor hidden, that shall not be known. For whatsoever things you have spoken in darkness, shall be published in the light; and that which you have spoken in the ear in chambers shall be preached on the house-tops. And I say to you, My friends, be not afraid of them who kill the body, and after that have no more that they can do. But I will show you Whom you shall fear: fear ye Him Who, after He hath killed, hath power to cast into Hell. Yea, I say to you, fear Him. Are not five sparrows sold for two farthings and not one of them is forgotten before God? Yea, the very hairs of your head are all numbered. Fear not, therefore: you are of more value than many sparrows. And I say to you, whosoever shall confess Me before men, him shall the Son of man also confess before the angels of God.

The souls of the just are in the hand of God, and the torment of malice shall not touch them: in the sight of the wise they seemed to die, but they are in peace, alleluia.

Listen, O Lord, to the prayers of Thy people; look with favor on their offerings, that those things which are offered in the sacred mysteries may please Thee by the intercession of Thy saints. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

That which I tell you in the dark, speak ye in the light; and that which you hear in the ear preach ye upon the housetops.

We have received, O Lord, the pledge of everlasting redemption; may it, by the intercession of Thy holy Martyrs, be our aid alike in the present and in the life to come. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.